



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXII. De Combustione praeurbiorum castri Bisene.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Rex Lethovvinorum auditâ famâ navis hujus, turbatus est, & omnis Lethovvia cum eo, & post multa consilia variosque tractatus habitos pro destructione ipsius, tandem misit nobilem virum & bellicosum Surminum, cum centum navibus, in quibus erant sexcenti viri & amplius, & centum equites, qui dum navem impugnarent, IV. Sagittarii de intus qui ad defensionem ejus deputati fuerant, viliter defenderunt. Tandem præciso fune, quo ligata fuit, descendit navis Memelam & descendendo fortiter impugnaverunt, sic quod multis Lethovvinis vulneratis & (a) Scoldone, germano dicti Surmini, occiso, navem ceperunt & interfectis IV. Sagittariis in cinerem redegerunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Stryikovski legit Stoldon, & putat suisse Gastoldum, quæ familia postea apud Lithyanos fuit celeberrima.

CAP. CCCXII.

De

*Combustione præurbiorum castri**Bisene.*

Hoc anno in autumno frater Henricus Marschalcus cum tribus & viris de Sambia & Nattangia impugnavit castrum Bisenam, & post longam impugnationem, diversis utriusque partis vulneratis, ambo ipsius, suburbia ignis incendio devastavit.

CAP. CCCXIII.

De

Deprædatione territorii Medenike.

A nno Dn. MCCCXIV.	<i>Anno Domini MCCCXIV. Kalendas Martii</i>
A post circumcisio-	<i>apud Carpentrasum, ubi tunc curia Romana</i>
nem	<i>B b b 2 fuit</i>